



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum in solenni voto continentiae possit Papa
dispensare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. IIII. Distinctio. XXXVIII.

*Leib. 22. 7.
B. 3. p. 7.*
& pauperiatis. Secundò quo ad formam, quia in voto sim-
pli cit solum promisso & non traditio seu translatio
domini, in voto autē solēni sit traditio sui in seruitium
Dei: vnde & profitentes actualiter ponūt se in manu prae-
lati vice Dei.

9 Ex hoc apparet tertium, scilicet quod votū simplex
impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit
contractum, votū vero solēne impedit & dirimit. Cuius
ratio est, quia res alicui promissa, sed nondum tradita po-
test in alterum transferri, licet transferens peccet, contra
promissum faciens. Res vero in aliquā translatā amplius
alteri dari non potest. Cum ergo in voto simplici sit solum
promisso continendi, in voto vero solēni sit traditio cor-
poris lui, in manu alterius vice Dei, patet quod post votū
simplex potest quis dare potestem corporis sui coniugi
per matrimonium, licet peccet contra promissum faciens,
propter quod votū simplex dicitur impedit matrimonium
contrahendum, quia illicite contrahitur, sed non diri-
mit contractum, quia donum stat: post votū vero solēne
nullus potest potestatē sui corporis alteri tradere, cum
iam in alterum transtulerit vice Dei, & ideo solēne vo-
tū continuē impedit matrimonium contrahendum, &
dirimit cōtractum. Et istud habetur & p̄fēc̄ extra, quod
clericī vocent matrimonium contrahere non possunt,
quasi per totum.

10 Quidam autem dicunt scandalum pro causa, quia
transgressio voti solēniss est peccatum & scandalū, trans-
gressio vero voti simplicis est solum peccatum. Sed istud
non valet, quia transgressio voti simplicis potest esse cum
scandalū, utpote quādō venit ad notitiam multorum: &
transgressio voti solēniss sine scandalū, utpote si sit alii-
quis qui vout in regione longinqua vbi eius conditio
ignoratur. Alii dicunt quod illud est propter statutum ec-
clesie, sed illud minus valet, quia assignanda esset aliqua
ratio statutū: & iterum si hoc esset propter solum statu-
tum, ecclesia posset statuere contrarium, quod non est ve-
rum, melius est ergo quod dicatur primo modo, quia illa
est vera ratio.

11 AD primum argu, dicendum quod solēnitatis plus
addit ad votū simplex vel additum supponit quā iura-
mentum, iuramenti enim non addit, nisi confirmationē
promotionis quia est in voto simplici, solēnitatis vero ad
dit, vel supponit ultra votū simplex traditionē rei pro-
missae ratione cuius habet impedire & dirimere matrimo-
nium contractum, non autem iuramentum.

12 Ad secundum dicendum quod illa comparatio est
intelligenda quantum ad genus peccati, quia vierque pec-
cat mortaliter transgrediens votū simplex & votū so-
lēne: sed non quantum ad gravitatem peccati, nec quan-
tum ad impedimentū matrimonii propter causas dictas.

Q V A S T I O S E C V N D A.

Vtrum in solēni voto continentia potest
fit Papa dispensare.
Tho. 2.2. q. 88. ar. II.

Secundò queritur vtrum in solēni voto continentia
posit fit Papa dispensare. Et videtur quod non, quia si
posset, tunc ille cum quo dispensaret posset licet ad secu-
lum reuerti & contrahere matrimonium: sed ponamus
quod intrasset religionem post matrimonium initiatum
& non consummatum, & eo profecto vxori eius cōtraxi-
set cum altero, tunc sequeretur quod aliquis viuente legi-
tima vxore posset cum alia contrahere, hoc autem non vi-
detur, quare &c.

2 Item extra de statu monachorum, cum ad monaste-
rium dicimus quod abrenfatio proprietatis iura annexa
est regulæ monachali, vt nec contra illam summus Pon-
tifex valeat dispensare, sed eodem modo annexa est regu-
la monachali custodia castitatis, ergo &c.

3 IN contrarium arguitur, quia sicut votū abstine-
tia potest vergere in periculum corporis, ita votū con-
tinentia, sed propter periculum corporis licitum est dis-
pensare in voto continentia, ergo propter eadē causam
licitum est dispensare in voto continentia.

4 Item secundum Ber. quod pro charitate institutum
est, contra charitatem militare non debet, sed si Papa non

Quæstiō II.

383

potest dispensare in solēni voto continentia, tunc ali-
quando militaret contra charitatem: sicut quando pro
dispensatione pax vnius regni possit acquiri, ergo in tali
causa licet dispensare.

5 R E S P O N S I O. Cūm votū ex generali ratione
votū nō sit indispensabile, alioquin in nullo voto dispensa-
re potest: quod non est verum, si in solēni voto conti-
nentia non potest dispensari, hoc erit vel de ratione mate-
riae de qua est, vel de ratione solēnitatis additæ, & quanti-
tate ad vtrūq; sunt opinione. Quidam enim dicunt quod
in voto continentia non potest dispensari propter excelle-
ntiam materie, quia omnis dispensatio in voto requirit
compensationem, sed continentia non potest per bonum
aliquid compēfari, secundū illud quod habetur Eccl. 26.
non est digna ponderatio continentis anima, & quia per
eam triumphat homo de domestico inimico & perfectius
conformatur Christo quantum ad puritatem mentis, &
corporis, ergo in voto continentia non potest dispensari
propter defectū compensationis. Sed istud nō valet, quia
sicut dictum fuit prius, virginitas vel continentia non est
bonum aliquod secundū se, sed solum ut medicina (qua-
tenus impeditia liberant contemplationem diuinorum
remouet) ad hoc enim ordinatur, ut patet per Apostolum
i. Cor. 7. Ex hoc sic arguitur: finis est melior his quae sunt
ad finem sed contemplationem diuinorum est finis virginita-
tis vel continentiae, ergo est aliquid melius vtroq;. Cūm
ergo potest dispensari in voto contemplationis vel oratio-
nis non obstante eius dignitate, fortiori ratione potest
dispensari in voto continentia. Nec obstat quod dicitur,
quod non est condigna, &c. quia hoc est verum de bonis
exterioribus vel corporalibus pertinetibus ad priuatam
personam, sed bonum spirituale vel bonum cōmune gen-
ti vel regno p̄p̄ponderat bono continentiae, magis etiam
confirmatur Deo per bonum contemplationis (quod
pertinet ad animam) quam per bonum continentiae quod
pertinet ad corpus: patet ergo quod votū continentiae
non est indispensabile ratione materie.

6 Si ergo sit indispensabile, hoc erit ratione solēn-
tatis, & hoc quidam dicunt: quia sicut habetur Leuit. 18.
quod semel sacrificatur est domino, non potest in alios
vitus cōmutari, sed per solēne votū continentiae saltem
in religionis professione & sacri ordinis susceptione san-
ctificatur quis domino, & semel sanctificatus semper ma-
net sanctificatus, ergo nō potest depurari ad alios vitus, &
maxime contrarios, vt est vitus matrimonii. Maior patet
ex autoritate allegata: & minor declaratur quantum ad
vtrūq; partem eius, quia solēnitatis attributum vnicuiq;
est secundū illius rei conditionē: sicut solēnitatis militis
consistit in apparatu equorū & armororū & concursu mili-
tium, quia hac militis congruunt, & solēnitatis nuptiarū
consistit in ornati sponsi & sponsa, & conuentu amicorū
qua nuptiis congruunt: & similiter cum votū sit promis-
sio Deo facta, solēnitatis accipitur in illo voto secundū
illud spirituale quod ad Deū pertinet, l. secundū aliquam
spiritualē benedictionem vel consecrationem, quorum
vtrūq; fit in professione certę regulę, & sacri ordinis sus-
ceptione. Sic autē consecratus nūquām consecrationem
amittit quādū manet: quia in rebus inanimatis idem pa-
ter. Calix enim semel consecratus nūquā definit esse con-
secratus quandū manet integer, nec est in potestate p̄fēc-
ti cuiuscunq; semel consecratum definiri esse consecra-
tum, & sic pater minor: sequitur ergo conclusio, l. quod cō-
secratus dominus per solēne votū continentiae nō potest
per quemcumq; p̄alatum ad vitus matrimonii depurari.
Hoc tamē interefit (vt isti dicunt) inter solēnizationem
voti per susceptionem sacri ordinis, & per professionem
religionis, quia solēnitatis ordinis, non est annexum vo-
tū continentiae essentialiter, sed solum ex statuto ecclē-
sie, propter quod votū continentiae se habet ad eam ac-
cidentaliter, & econverso: & ideo in tali voto potest dis-
pensari per ecclēsiā nō obstante consecratione cui non
coniungitur votū per se, sed votū continentiae essen-
tiale est statutū religionis per quam homo totaliter renun-
ciat seculo, & seruicio Dei emancipatur, quod non potest
similiter stare cum matrimonio in quo incumbit necessitas
procurandae vxoris, & prolis, & familiæ, & rerum que
ad hoc

Magistri Durandi de

ad hoc requiruntur, & ideo consecratio quae sit in professione religionis habet essentialiter annexum votum continentia: propter quod sicut non potest fieri quod semel consecratus deo per professionem religionis non maneat consecratus, sic non potest fieri quod post votum continentiae tali benedictione consecratus professor posset transferri ad contrarium actum matrimonii.

7 Quicquid de conclusione sit, ratio tamen non cogit. Quod enim dicitur in maiori quod illud est quod semel consecratus domino non potest fieri in aliis viis cōmutari, verum est pasim & indifferenter, potest tamē in causa pro magna utilitate vel necessitate: vnde David & qui cū eo erant comedenter panes domino consecratos, nec tamen peccauerunt, quia necessitas excusat eos, ut haberent. i. Regum. 21. Et hodie si quis laicus periculose futurum, nec habet in quo biberet nisi in calice consecrato, non peccaret si in eo biberet. Et si in talibus excusat necessitas personalis, fortiori ratione utilitas communis: & sic videtur dicendum in proposito & consecratus domino per votū continentiae solennitatem posset dispensari tradī ad matrimonium propter bonum cōmune. Quod etiā dicitur in minori & per solenne votum continentiae consecratus qui dominus posset dici & illi consecratus qui fit in sacri ordinis susceptione, & professio religionis omnino se habet extrinsecus & indistincte seu accidentaliter ad votū continentiae, & hoc ipsi concedunt de consecratione quae est in susceptione sacri ordinis. Idem etiā videtur de beneficio que est in professione religionis, quia ad professionem nulla beneficium ex necessitate requiritur, sed solum emisso voti in manu prælati: & quia si nulla adderetur beneficium vera esset professio, & quemque obligaret apud Deū & homines sicut habita beneficione, quemadmodum dicitur de eo qui manet in religione transacto anno probatiois, qui reputatur vere professus absq[ue] beneficione aliqua: quando etiā beneficium additur, illa magis respicit votū obedientiae & continentiae, quia est beneficium habitus qui est signum & referentes similem habitu vivit in simili obedientia, propter quod videtur quod sicut potest dispensare in voto continentiae solennizato per susceptionem sacri ordinis, ita quando solennizatur per professionem religionis.

Vide Cate. 22.
g. 28. a. II.

8 Ideo potest alteri dici quod in voto cōtinentiae quae literung solennizato potest. Papa dispensatio propter bonum cōmune, si ex tali dispensatione debeat tale bonus provenire. Cuius ratio est, quia sicut dictum fuit à principio, huic dispensationi non obstat nisi excellētia materie, si non potest fieri recompensatio & solennitas adhibita. Primum non obstat, vt satis fuit prius declaratum, nec secundum vt amplius declarabitur, quare &c. Quod enim voti solennitatis non obstat quin tale votum sit dispensabile, paret considerando quid solennitas addat ad votum, addit enim solum perfectionem quandam accidētalem: sicut enim in sacramentis & ceteris rebus differunt ea quae sunt de necessitate ab his quae sunt de solennitate, ita & in votis, utrobius enim res est perfecta essentialiter exclusa solennitate, ita quod solennitas non addit, nisi quendam decorum accidentalem, vt superius plures dictum fuit in sacramētis: cū ergo vorum essentialiter sit promissio, ac per hoc quādam obligatio, quicquid obligationis est in voto, totum est ibi exclusa solennitate. Est autem in voto duplex obligatio. Una solennis promissio postquam res non debet alteri tradī, & hæc est in voto solenni. Alia est promissionis & traditionis rei promissie postquam res non potest alteri tradī, cum primus iam sit ad epris dominium rei, & hoc est in voto perfecto. Essentialiter enim perficitur vorum, cū sit quādā promissio in hoc quod res promissa traditur. Et ex hoc habet vorum quod dirimat matrimonium contractum, vt prius dictum fuit, etiam si nulla solennitas adderetur, qua quando additur nihil obligationis addit, sed solum quendam decorum. Ex quo potest sic argui: illud sine quo votum est essentialiter perfectum, nec addit voto aliquam obligationem non impedit quin in voto possit fieri aliqua dispensatio, sed solennitas voti est huiusmodi, vt declaratum est, ergo non impedit quin in voto continentiae quantumcunque solennizato posit dispensari.

9 AD primum arg. dicendum, quod sicut non est inconveniens post matrimonium cōsummatum alterū mori, &

Sancto Porciano

sic matrimonium dissoluī: & nihilominus si mortuus succidetur posset contrahere cum alia, prima manente, sic non est inconveniens & post matrimonium initiatum, & per ingressum religionis tanquam per mortē spiritualem solutum (si etiam religiosus per disp̄lationem suscitetur ad vitam ciuilem) quod contrahat cum altera prima viuente, nec propter hoc habet plures vxores, sed unam tantum, quia cū prima fuit solutum matrimonium.

10 Ad secundū dicendum q̄ intellectus decretalis est quod Papa non potest cū talibus dispensare, aut quia non potest pasim, & pro libite voluntatis, sed solum pro magnis causis, & arduis compensantibus votū continentiae solennis, aut quia non potest dispensare in istis, supposito quod religiosus maneat religiosus, quia hoc implicat contradictionē, sed ipse potest facere de religioso non religiosum, & per consequens in votis religionis dispensare, quam ad hoc exigit necesitas vel evidens utilitas ecclesie.

11 AD primum arg. alterius partis dicendum est quod continentia non potest vergere in periculum corporis, scilicet abstinentia: quia abstinentia est ab his quae directe pertinent ad conseruationem corporis, sed continentia est ab his quae pertinent ad multiplicationem speciei. Et ideo continentia non potest esse in periculum persone, sicut abstinentia, quia possum illi periculo per aliud remedium subveniri.

12 Aliud argumentum bene concludit propositum.

QVÆSTIO TERTIA.
Vtrum omne scandalum sit peccatum.

Tho. 2. q. 43.

D Einde queritur de scandalō. Primo vtrū omne scandalum sit peccatum. Et videtur quod non, quia nullum peccatum procedit ex pietatis affectu, quia non potest arbor bona fructus malos facere Mat. 7, sed aliquod scandalum videtur processisse ex affectu pietatis, illud scilicet de quo dixit dominus Petrus, scandalum mihi es, vbi dicit Hieronymus, quod error Apostoli de pietatis affectu veniens nunquam intentuum videtur esse diaboli, ergo non omne scandalum est peccatum.

2 Item Mat. 15, dicitur quod Pharisei ex verbo Christi scandalizati fuerunt, sed Christus nunquam aliquod peccatum fecit, vt dicitur Pet. 2, peccatum non fecit vnum, ergo non omne scandalum est peccatum.

3 IN contrarium est quod dicit glost. Mat. 17, quod scandalum est dictum vel factum minus rectum praebens alteri occasionem ruinæ, sed omnis actus carens debita rectitudine est peccatum, ergo &c.

4 R E S P O N S I O. Videnda sunt tria. Primum est quid sit scandalum. Secundum est, an omne scandalum sit peccatum. Tertium est, an sit speciale peccatum.

5 Quantum ad primum sciendū est sicut Hiero. dicit (exponens illud Mat. 15, scitis, quia Pharisei audito hoc verbo scandalizanti sunt) scandalos Graecē, nos offendimus vel ruinam, vel impactionem pedis possumus dicere: obex enim quod aliqui ponunt in via corporali cui impingens disponit ad ruinam dicitur scandalum, similiter in processu via spirituali illud quo aliquis disponit ad ruinam spiritualem dicitur scandalum, tale autem est verbum, vel factum minus rectum quo aliquis sua admonitione vel exemplo trahit alterum ad peccandum. Et ideo scandalum spiritualiter sumptum, est dictum vel factum minus rectum praebens alteri occasionem ruinæ, vt dictum est: & quia actus sumunt rationem ex obiecto, ideo ruina vel disponit ad ruinam sequens ex alterius dicto vel facto dicitur scandalum, sed paucum, primum verò actus dicitur. De quo sciendum est quod dictum, vel factum potest esse alteri occasio peccandi dupliciter, uno modo per se, alio modo per accidētē: per se quidem quādā aliquis intendit suo malo verbo vel facto alium ad peccandum inducere vel etiam si ipse hoc non intendat, tamen ipsum factum est tale quod de sui ratione habet, vt sit inductum ad peccandum, vt potest cum aliquis publicē facit peccatum, vel aliquid quod habet similitudinem peccati, & tunc ille qui hoc facit propriè dat alteri occasionem ruinæ, potissimum quādā hoc intendit, vnde vocatur scandalum actuum. Per accidētē verò verbum vel factum vnius est alteri causa peccandi